



390942
390943

Mag. St. Dr.

I


1) Najman Christoph. Contra RR. Sigismundi
Gregorzowicz. et Joachimi Speronowicz,
Professorum Academiae in Christophor.
Najman Protestationem Re-protestatio.

2) In causa inter Cracoviensem Vitellia-
num...

PAVEG et VITAE

Polon. 4^o

N^o 589



2
In Cauſa inter Cracouiſem Vi-
tellianā Vniuerſitatē & D. Naimanum

Prætorij Cracouiſ: Proceſſus

Quadruplicatum, Supplementum

Quinta Decembr: 1644.



Ub tuitione Appellationis
ad S. Romanam Sedem interpo-
ſitę &c. vt ſupra. Excell: Naimā.
Si quid ad Cauſam adhuc habet
porrigat, ab Officio admonitus;
ad confuſum reuerſus Cerebellū
dicit. Longè maiorem, dum Pri-
uilegijs, quę nunquam habuit proſcribitur, Partis ad-
uerſę Cerebri eſſe confuſionem. A decima lignorum
Priuilegio, ſolitā in rebus Academicis veſtrā dudum
proſcripti ſumus neglientiā: reſtant Professorum
duo: Domus Pancerz, & ex Theloneo marcarum
centum. Neq; ego Domum Pancerz, (in Italicis enu-
tritus Academijs) vnquam habitauī veſtram, neque
veſtrę aliquando guſtatę marę; ijs tamen Cerebrō
veſtrō proſcriptus? Priuilegia reliqua, Piſtorū, Mo-
lendaria, protectionis à prædonibus Regiæ, Can-
cellarij in Promotionibus, Campſoris hæbrei, & in
Civilibus paruis Capillaribusque Criminibus Jurisdi-
ctionis

(*)

390943

I

ditionis concessæ, Scholastici habent. Alienis istis,
quibus nunquam vsus, nec habui opus, si me vestra
proscripsit Magnificencia, non benè profecto ordi-
natò Cerebrò. Ceterum meis illis Priuilegijs, sumptu
& labore meo vobis partis, longè quam Campforum
maioribus, à sua fortè sum hïc proscriptus Magnifi-
cencia? Patribus nostris in emendis pro Communi,
Szijdzina, Bosezijn, Tradnowice, magnò veniebant
Regum Priuilegia: ego vero bonorum Terrestrium
priuatim à vobis possidendorum (quo Vrbi nullum
maius) in Judicijs Tribunalis Regni Lublinensis, post
Festum diuisionis S. S. Apostolorum Anno 1639.
vobis obtinui Priuilegium: ita quod, præter Domū
Pancerz vbi habitetis, & præter Theolnei marcas (re-
rum istò statù graciles nimiū & macras) quò viuatis,
iam nunc habeatis. De Professorū Seculariū Jurisdi-
ctione, in Diui Jagellonis Priuilegio nulla memoria:
Opificum instar per Opificū, Ciuilia Subsellià, ut olim
Picus, pluries Procancellarius & Rector, turpissimè
Professores tracti: meo vero studio, Serenissimi San-
ctæ recordationis Sigismundi Regis, postridie Assūp-
tionis B. M. V. 1628. Decretò & beneficiò, tanquam
Priuilegio nouò aliquò, per tres conformes, solius Re-
ctoris Jurisdictioni (ni vestra nūc deinceps inter Me-
chanicos in Prætorium nequitus nos coniecisset ma-
litiā) subiecti, longis à Cathedris (Regni damno) auo-
cationi-

erationibus nostris, mille post Curiã non Professorijs
indignitatibus, sumptibus, liberati. Terrestrium pos-
sidendorũ non satis mihi fuit vobis acquisiuisse vnum
Priuilegium, ni in eis vindicandis Jurisdicendi ex Re-
gistro mixti Fori, duob9 Tribunalis Decretis acqui-
uisẽ & alterũ. Neque id mihi pro vobis fuit satis, ob-
tinui cum Taxa apud Officiũ Castrẽse (in Regno õniũ
rem difficillimam executionem) eiusdem Tribunalis
gratiã & Decretò, pro Academicis tantum bonis ve-
stris, celerrimã executionis Priuilegium. Jagellonia-
nò Priuilegiò non nisi Capillares Criminales Studentiũ com-
prãhensã, meã vero, calamitosò illò cum Patribus Jesuitis
Academix temporè, tum Rectoris magnã sollicitudinẽ, Re-
ligiosã illorũ Dom9 cũ bombardis à nostris Scholasticis in-
uasionis, forium Dom9 exfectionis, globis è bombardis tra-
iectionis, Factum atrox Criminale illud, Anno 1634. sexta
post Reminiscere, Decreto Tribunalis Regni Petricouix (of-
ficij nostri Castrensis contra Forum Academicum retracta-
tis Decretis) & Serenissimi olim Principis Joannis Alberti
Cardinalis Anno 1633. Decembr: 3. Decreto alio, ad meum
pro illo tempore Rectorale Officiũ, cum toto suò effectũ
planè fuit remissum; Academica Jurisdictio aucta, exorna-
ta. Studentium Regis Priuilegium est, solitã in maioribus
Criminibus non vti severitatẽ, sed Commissarios dare. mihi
vero Rectori Commissarijs non expectatis, plenè committe-
bantur omnia. Istis ego (omitto multa) mearum manuum
fructũ, tanto rerum mearũ dispendiò, vobis & Posteris ve-
stris partis, si à Magnifico Domino Vitellio sum ignominio-
sè proscripius, omnium hĩc ego de suo Cerebro, requiro iu-
diciũ. Nonne Magnificẽtia sua proscribenda potius esset?
(Juribus

(Juribus ignoſcat quæſo deſenſionis) qui nedū Jurisdictionis illius Academicæ à me conquiſitæ, ſciens, volens, optās, inuidiā ſuſtulit Maiestatem; ſed Jurisdictionem in leuioribus ipſam, Año 1643. 6. poſt Feſtū S. Martini, Decreto Tribunalis Regni Petricouię ſupinā (aliter quam Vilnæ nunc apud Jeſuitas fiat) extinxit, iugulauit, ſuā negligentia, Ordinis Equeſtris, fidei noſtrę tanquam Patribus, dulcia concredita & renella pignora, adultorū obſtinationē peccātium (ſacerſat inſolentia) ſimili, crudeliſſimæ (contra Diui Jagiellonis noſtri Priuilegiō compræhenſam indulgentiam) vt optabat ſemper, Carnificis, pro Præceptore, ſuppoſuit animaduerſioni Omitto illud, quo modo Anno 1628. Menſ: Decembr: 6. (non ſcribo locum) in caput, & extremam miſeræ Academicę (quam veſtrā vaniloquentiā tamen, Almam conſueſtis veſtram appellare Matrem) perniciem; Regis Stephani & Capitanei Zamocij, malā fidē, cū Academicis cęteris ſubſcripſiſſet Ordinationē. Cęterum requiro iterum veſtram Sacerdotalē fidē. Regni totius, & Academicarū exterarū ſenſus iſt eſt. Jacobi olim Naimā Canonici Crac: fratris germani mei, quominūs iſtā Academia, iſtis veſtris Vitelliani Przeuorſcianis pulchris peſtinatis teſtis, iſtō per Semiū, Regnō damnōſū, veſtro pingui quæ ſitō panē; iſtō veſtro deſidē & inutili otio, vt nō Patres Jeſuitæ, non ita pridē vos pepuliſſent, proſcripſiſſent, vnus ſolius virtutē fuiſſe factum. A vobis autem in tantæ veſtrę gratitudinis tantū teſtimonium, poſt fata Leonis veſtri, ſolā ipſi inuidiā, cum toto ſuo ſanguine, illum ipſum, in me germano ſuo fratre in fonte (vt Quietationibus, veſtris in S. R. M. Judicijs nuper vobis effoſſi oculi) proſcripſiſtis, bonis Spoliaſtis, honorem Defuncti, & Niduli noſtri, deprædati eſtis.

Ipa Quadruplicatio cum Duplicatione, ex Actis Conſularibus deſcriberur aliās.

☉(+***+)*☉



CRACOVENSIS

3161. Jao.

Biblioteka Jagiellońska



stdr0016892

